

## Liber

nus. Quidam panticapem confluere infra olbiam cum borystene tradunt. Diligentiores hypanin tanto errore eorum qui illum in asia parte prodidere. Mare subit uasto recessu donec quinque mil. pass. intervallo absit a moetide uasta ambiens spatia multasque gentes. Sinus carcinites appellatur: flumen pacyris. Oppida nauarum gorcine. A tergo lacus buges fossa missus in mare. Ipse buges a coreto maoris lacus sinu petroso discluditur dorso. Recipit amnes bugem gerrhum hypanin: ex diuerso uenientes tractu. Nam gerrhus basilidas & nomadas separat. Hypanis per nomadas & hyleos fluit manu facto alueo in bugem: naturali in coretum. Regio scythiae fendica noiat. Sed a carcinite taurica incipit: quodam mari circumfusa & ipsa quoque nunc iacent campi. Deinde uastis attollitur iugis. Triginta sunt eorum populi. Ex iis mediterranei. xxvii. Sex oppida orgocyni. caraseni: astryani: tractari: arcisali: tecali: caliordi. Iugum ipsum scythoranti tenent. Clauduntur ab occidente cheronneso ab ortu scythia taucis. in ora a carcinite oppida taphrae in ipsis angustiis peninsulae. Mox heraclea cheronnesus libertate a romanis donatum. Megarice uocabatur antea praecipui nitoris in toto eo tractu custoditis graeciae moribus quique mil. passuum suum ambiente muro. Inde parthenium promontorium taurorum ciuitas placia. Symbolum portus. Promontorium criu metopon aduersum carambico asiae promontorio per medium euxinum percurres. clxx. mil. passuum intervallo. quae maxime ratio schytici arcus formam efficit: Ab eo taurorum portus multi & lacus. Oppidum theodosia a criu metopo. cxxii. mil. pass. A cheronneso. cxlv. mil. Ultra sunt oppida cyte zephirium acre nymphaeam dia. Restat longe ualidissimum in ipso bosphori introitu panticapeum milesiorum a theodosia mille. xxxv. passuum a cimmero uero oppido trans fretum sito mil. d. ut diximus spatium. Haec ibi latitudo asiae ab europa separat eaque ipsa pedibus plerumque peruia glaciato freto bosphori cimmerici. Latitudo. xii. d. passuum. Oppida habet hermisium myrmecium & intus insulam alopecem. Per maotin autem ab extremo isthmo qui locus taphrae uocatur ab ore bosphori ducta sexaginta milia passuum longitudo colligitur. Ataphris per continetem introrsus tenet auchetae apud quos hypanis oritur. Neuri: apud quos borystenes: geloni: thugasetae: budiuu: basilidae: & ceruleo capillo agathyrsi. Super eos nomades Deinde antropophagi. A bute super meotin sauromatae & hesedones. At per oram ad tanain usque maote a quibus lacus nomen accepit. Vltimique a tergo eorum animaspi. Mox riphei montes. & assiduo niuis casu pinage similitudine pterophoros appellata regio: ps mundi donata a natura rege: & densa mersa caligine: neque in alio quam rigoris ope gelidisque aqlonis concepta culis. Pone eos montes ultraque aquilonem gens foelix (si credimus) quos hypboreos appellauere anno fo degit auro: fabulosis celebrata miraculis. Ibi creduntur esse cardines mundi: extremique syderum ambitus: semestri luce & una die solis auersi: non ut imperiti dixerunt ab equinoctio uerno in autumnum. Semel in anno solstitio oriuntur iis soles: brumaque semel occidunt. Regio aprica: foelici temperie: omni affata noxio carens. Domus iis nemora luci: & deorum cultus. Viri tim gregatimque discordia ignota & aegritudo omnis. Mors non nisi satietate uitae epulatis: delibutisque senibus luxu ex quadam rupe in mare salientium. Hoc genus sepulturae beatissimum. Quidam eos in prima parte asiae littorum posuisse non in europa: qui sunt ibi similitudine & situ attacori nomine. Alii medios fecere eos inter utranque solem antipodum occasum exorientemque nostrum: quod fieri nullo modo potest constare tanto uasto mari interueniente. Qui albi quae in semestri luce constituere eos serere matutinis: meridie metere: occidente sole foerus arborum decerpere: noctibus in specus condi tradiderunt. Nec libet dubitari de gente ea cum tot auctores prodant: frugum primitias solitos delon mittere Apollini: quem praecipue colunt. Virgines seriebant eas hospitibus gentium per annos aliquot uenerabiles: donec uiolata fide in proximis accolarum finibus deponere sacra ea instituere. Hic ad conterminos deferre: atque ita delum usque. Mox & hoc ipsum exoleuit. Sarmatiae: scythiae: tauricae: omnisque ab oristene amne: tractus longitudo. d. cccclxxx. Mil. Latitudo. d. ccxvii. Milia. Agrippa tradita est. Ego incertam hac terrarum parmensuram arbitror. Verum instituto ordine reliqua huius sinu dicantur: & maria quidem eius nuncupabimus.

### Insulae ponti. Capi. xiii.

**H**ellespontus insulas non habet in europa dicendus. In ponto duae. Mil. d. passibus ab europa. xiiii. Mil. ab ostio cyanae: ab aliis symplegades appellatae: traditaeque fabulis inter se concurrisse: quoniam paruo discretae intervallo ex aduerso intrantibus geminae cernebantur: paulumque deflexa acie coeuntium speciem prebebant. Circa istrum appoloniatarum una. lxxx. Mil. a bosphoro thracio. Ex qua Mil. Lucullus capitolinum Apollinem aduexit. Inter ostia istri quae essent diximus. Ante borysthenem achillea est supradicta: eadem leuce: & macaron appellata. Hanc temporum horum demonstratio a borysthene. cxxx. Mil. ponit. a tyra. cxx. Mil. a peuce insula l. Mil. Cingitur circiter. x. Mil. pass. Reliquae in carcinitis sinu cephalones: rhesphodus: amacra. Non est omissenda multorum opinio priusquam digrediamur a ponto: qui maria omnia interiora illo capite nasci non gaditano freto existimauere: haud improbabili argumento: quoniam aestus semper e ponto profluens nunquam reciprocetur ad eundem. Deinde est ut extra europa dicantur: transgressisque in ripheos montes littus oceani septentrionalis in leua donec perueniatur gades legendum.